

SCRIPTA

Numéro Scripta : 3026

Auteur(s) : Édouard Ier, Angleterre (roi)

Bénéficiaire(s) : Jersey, Saint-Clément, dépendance Le Mont Saint-Michel (prieuré)

Genre d'acte : bref/mandement

Authenticité : non suspect

Datation : 1288, 4 septembre

Lieu d'émission : Urdos

Action juridique : autre

Langue du texte : latin

Analyse

Lettre du Roi Édouard Ier à ses Baillis de Guernesey et Jersey, en date du 4 Septembre 1288.

Philippe Le Breton lui avait exposé à diverses reprises les injustices qu'il avait eu à endurer de la part des religieux du Mont St Michel et de leur Prieur de St Clément. En conséquence le Roi avait mandé auxdits Baillis de lui faire rendre bonne justice, après avoir entendu les parties, mais les religieux, affirmant qu'ils n'avaient rien à se reprocher envers le plaignant, avaient prié le Roi de terminer le procès qui les divisait.

Les Baillis auront donc à s'adjoindre des hommes loyaux de l'Île de Jersey, à appeler les parties, à résumer l'état de la question, et à le transmettre au Roi sous leurs sceaux et les sceaux des Jurés, afin qu'il puisse prononcer une sentence définitive.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Société jersiaise, *Cartulaire de Jersey*, recueil de documents concernant l'histoire de l'île conservés aux archives du département de la Manche. 1er fasc., Jersey, Beresford, 1918, n° 80, p. 143-144.

Texte établi d'après a

Rex ballivis suis insularum de Gernereye et Gereseye salutem. Cum Philippus Le Breton pluries ad nos accesserit et graves querimonias deposuerit coram nobis super diversis injuriis et gravaminibus sibi illatis per religiosos viros abbatem et conventum monasterii Montis etc. et priorem suum de Sancto Clemente, per quod vobis multociens scripsimus et dedimus in mandatis quod eidem Philippo super premissis auditis rationibus parciū fieri faceretis debitum et maturum justicie complementum, et idem religiosi asserentes se dicto Philippo injurias aliquas seu gravamina non fecisse nobis supplicaverunt ut negocium et contenciones inter eos et prefatum Philippum habitas et subortas, prout idem negocium coram vobis extitit agitatum, velimus justo modo terminare. Nos ut diffusis laboribus et expensis ipsorum religiosorum ac etiam memorati Philippi parcere valeamus petitioni sue quam justam fore novimus et honestam favorabiliter annuentes vobis mandamus quod associatis vobis viris legalibus ac discretis de insula Gereseye supradicta vocatisque partibus coram vobis recordum et processum contentionum predictarum inspiciatis et diligenter examinatis prout res illa per continuationem dierum hucusque in curia nostra coram vobis placitata extitit et deducta, et cum id feceritis omnem certitudinem ejusdem negocii nobis sub sigillis vestris et sigillis juratorum quos contigerit interesse nobis distincte et aperte rescribatis ut tunc prefatum negocium per diffinitivam sententiam terminari et partibus in premissis facere valeamus quod de jure et de consilio nostro

duxerimus providendum. Et remittatis nobis hoc breve. Datum apud Urdoys in Aspis quarta die Septembris anno regni nostri sexto decimo.